

**De Gestis Alexandri Magni Libri XII. ... Quibus Alexandri Magni uitam  
præposuimus. Præterea, adiecimus Alexandri ad Aristotelem, de Indiæ  
situ, populis & belluis, Epistolam. Item, Erasmi Roterodami  
Annotationes: & Elegantiarum flores Hul. Hutteni, in Curtium. Postremò,  
Hen. Glareani Annotationes**

**Autor:** Curtius Rufus, Quintus, Glareanus, Henricus Loriti, Johannes, monachus historiogr., Cospi,  
Angelo

**Verlag:** Henricus Petri

**Ort:** Basileæ, Basel

**Jahr:** 1556

Zitierlink: <https://data.onb.ac.at/rep/1075C1A2>

Signatur: 56.L.52

ID: 1075C1A2

Digitalisiert mit Google

Umfang: Seiten 1 bis 850 (Komplettes Werk)

PDF erstellt am 29.01.2026 14:32

---

**Nutzungsbedingungen:** <https://www.onb.ac.at/nutzung>

**Rechtehinweis:** <https://rightsstatements.org/vocab/NoC-NC/1.0/>

**Hinweis:** Der Volltext wurde maschinell generiert und könnte aufgrund von OCR-Erkennungsfehlern Ungenauigkeiten oder fehlerhafte Zeichen enthalten.

DE LIBRORVM  
 APVD Q. CVRTIVM  
 DIVISIONE, GLAREANI  
 IVDICIUM.



VINTVS CVRTIVS  
 in conscribēda Alexandri  
 historia, Græcos authores  
 & in his potissimum Ar-  
 rianum ac Diodorum Si-  
 culum, sequutus uidetur.  
 Diodorus, Alexandri res  
 gestas, per duodecim descripsit annos. Ita Cur-  
 tius, per duodecim digessit libros. Verum, quia  
 annorum gesta, imparia fuerunt: ita etiam apud  
 Diodorum, annorum descriptio impar. Sed Cur-  
 tius enixè cauisse uidetur, ut libri essent paris  
 longitudinis, & responderent nihilominus Ale-  
 xandri annis. Vnde quædam in posterioribus li-  
 bris, prioribus annis gesta in anni sequentis li-  
 bros coniecit: ut ipsemet initio libri sexti nostra  
 diuisione testatur: rationem reddens, quare quæ-  
 dam sexto Alexandri anno gesta, in septimum  
 cōiecerit annum. In tota tamen historia, ita cum  
 Diodoro Curtius incedit, seruata librorum pari  
 magnitudine, ut planè pudeat non animaduer-  
 sum abs

sum abs quoquam haftenus hîc quartum librum  
duplo alijs longiorem, ac duorū annorum (quod  
quidem magis urget) historiam continere: quum  
reliqui, singulorum duntaxat annorum. Idem  
erroris accidit libro qui uulgo Decimus, quum  
is reuera Vndecimus sit & Duodecimus. Et Vn-  
decimi quidem, uix tertia pars superstes est:  
Duodecimi, uix dimidium. Vndecimus, sine de-  
ficit ἀτελεύτητος: Duodecimus, ἀνιφαντός est.

Hoc meum de hisce libris est iudicium: & ue-  
rum inueniet, quisquis Alexandri historiam pe-  
nitus perspectam habuerit. Nam alios nil mo-  
ror. Et cum nemine lubeus contendero in re nec  
obscura, nec magni admodum momenti.

QVÆ PRIMO IMPERII  
ALEXANDRI AN-  
NO GESTA.



OLYMPIADES centesimæ unde-  
cimæ anno primo, qui fuit ab Vrbe  
condita annus quadringentesimus  
decimus septimus: tertius post pa-  
tris Decij deuotionem: trecentesi-  
mus ante CHRISTI seruatoris nostri nata-  
lem: Alexander Magnus, Philippi filius, uicesi-  
mus tertius Macedonum Rex, authore Eusebio,  
in impe-

IN VII. LIBRVM Q. CVRTII.

rum mutarunt, Mysia in Asia fluvium: temere,  
meo quidem iudicio. Idem Boccatius, Rhida-  
gium uocasse uidetur.

92

50 Pagina 177. uersu 7.

Duo terræ eius uelut brachia  
excurrunt media.

Vel ex hoc loco patet, quomodo nimis eam Se-  
ptentrionis partem coartarint, Herodotum se-  
quuti authores. Hyrcania enim sola, hunc sinum  
non facit in modum Lunæ. Nec, quos hîc enume-  
rat, populi à Septentrione huic mari sunt: sed ab  
occasu longè inter se disiti, maxime uerò Cerce-  
tæ ac Leucosyri: quorum alteri in Bosporanis,  
alteri ad Themiscyram, ad quam etiam Amazo-  
nas ipse hîc author paulò post descripturus est:  
Chalybes ad Pharmaciam: ut inquit Strabo li-  
bro duodecimo. Ptolemæus, Amazonas supra  
Alexandri columnas ad Rha fluvium, qui nunc  
Rutenis siue Moschouitis Volga, Tartaris Edel  
uocatur, ponit. Quibus ad meridiem posuit Tur-  
cos: quamuis & in Græcis & in Latinis codici-  
bus id nomen malè in Tuscos mutatum legimus.  
Moschicos montes Ptolemæus ponit Iberis ac  
Albanis ad meridiem. Attingunt autem Caspi-  
um mare. Moschica, inquit Strabo libro unde-  
cimo, tripartita est: nam partem habent Colchi,  
partem Iberes, partem Armenij. De Moschouit-  
tis la-

## GLAREANI ANNOTATIONES

tis latissima hodie regione, multa hîc dici poterat, ab eo qui Commentarium scriberet, non Annotationes.

93      50 Pagina 178. uersû 14.

Ad oppidum Aruas peruenit.

Non temere id nominis reperias apud authores. Arrianus libro tertio, Hyreaniæ maximæ urbis nomen prodit Zadracarta: quanquam in Græca lingua bifariam codices habent scriptum, Zadracarta, & Zeudracarta.

94      50 Pagina 179. uersu 26.

Decem millia & quingenti  
milites erant.

De Græcorum mercenariorum numero, mirè uariatum est (quod tamen pro tempore rectè intelligi potest) apud authores, imò hunc adeò Curtium. Libro enim præcedente, ubi Patron eorum dux cum Dareio loquitur: Rex (inquit) ex quinquaginta millibus Græcorum supersumus pauci. Ita Patron. Cæterum rō Pauci, noster author in eodem libro explicat, semel ante Patronis orationem, ubi Dareium ab Ecbatanis cecidisse scribit, ac triginta millia peditum eum sequuta refert: In quibus (inquit) Græcorum erat quatuor millia, fide erga Regem ad ultimum inuicta. Iterum paulò post Patronis orationem: Triginta millia (inquit Curtius) quorum inclinata  
in scelus